



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorvm

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

2. Dæmones tentant homines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-50980)

Quod dæmones tentent homines.

CAPVT II.

Circa tentationes ostenditur primò, quod dæmones impugnant & tentant homines. Secundò, quod tentationes amicis Dei sunt viles. Tertiò, ostenduntur modi impugnandi quos tentator habet. Quartò, quibus modis quietatur, repugnare debet. Ostensio primi multum est necessaria. Cum enim dæmones sint inuisibiles, eorum pugna est inuisibilis, nec sensu corporali percipitur: imò oportet ut ad lumen fidei oculis cordis manifestetur. Ignorantia huius impugnationis periculosa est. Non enim repugnat, qui se impugnari ignorat. Bernardus. Diabolus, quem videre non possum, *In med. cœ.* & ideo minus cauere, tetendit arcum suum, ^{14. ante mē} & in eo paravit sagittas suas: narravit ut ab dium. sconderet laqueos, & dixit: Quis videbit eos? Hieronymus: Tunc maximè impugnaris, cum te impugnari nescis. Grande periculum est, iuxta se habere hostem suum, & nescire hoc. Circa primum notandum, quod impugnatio, quam diabolus facit homini, certificari potest ex tertio capite Genesis: Vbi serpens mulierem decepit: vbi etiam Dominus ostendit Dæmonis impugnationem esse duraturam, dicens: Inimicitias ponam inter te & mulierem: & semen tuum & semen illius. Secundò, ex libro Iob 1. & 2. capite vbi sathan petuit à Domino, ut daret ei licentiam flagellandi Iob. Item: Matth. & Lucæ 4. vbi legitur, diabolum tentasse Dominum. Et secundum Augustinum assum.

Acto. 5.

assumpsit formam humanam : quod permisit Dominus , ut tentatio ista certior fieret. Item , ad Corinth. 7. Reuertimini in idipsum , ne tentet vos sathanas. Et Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem , sed aduersus principes & potestates tenebrarum harum. Et , Cur tentauit sathanas cor tuum ? Et de beato Martino legitur , quod diabolus multoties apparuit ei in forma humana. Similiter de beato Antonio , cui apparuit in forma pueri nigris : & in forma animalium diuersorum generum. Simile legitur de multis aliis Sanctis.

*SECVNDA PARS HVIVS TERTII
vno tantum clauditur capitulo. In quo ostenditur,
quod tentationes amicis Dei multum
sunt vtiles.*

CAPVT I.

*Serm. 64.
super Can.
in prin.*

CIRCA secundum notandum , quod tentatio est multum vtilis. Bernardus: Necesse est ut tentationes veniant. Quis enim coronabitur , nisi qui legitimè certauerit ? Aut quomodo certabit , si desit qui pugnet ? Quid mihi cum victoria : si nec in prælio fui ? Impudentissimè mihi arrogo vel gloriam sine victoria : vel victoriam sine pugna. Tentatio primo erudit. Armorum experientia militibus est necessaria. Militia est vita hominis super terram. Hæ sunt gentes quas reliquit Dominus , ut in his erudiret Israëlem. Qui non est tentatus , quid scit? In eodem. Qui tentatus non est , quid scit? Secundò , humiliat ; & sic à præcipitio super-

*Iob. 7.
Iob. 3.
Eccl. 34.*

biz